


et pollux. il y avait une fois deux frères, qui dès leur naissance étaient un aurore vraiment fraternel l'un pour l'autre, il arriva que leur <sup>perce</sup> descendante à des emplois différents, les separa de deux ans, telle que voit je dans cette séparation ! à cœur tendre, à cœur aimable ! apprenez moi ce qui se passa au milieu de votre réin. <sup>éternelle</sup> la lumière n'a plus pour aux cette clarté miraculeuse, qui sort de grande, / le voit, tels chagrin, tristes, mélancoliques au milieu de plaisirs et des voluptés, tant il est vrai que l'âme n'a aucune consolation, qu'aucun qu'il porté de son objet aimé. les lettres, voleur, les nouvelles, cœur comme des corps, ils courrent, ils crient, où est mon frère, où est mon bien-aimé ! l'air retentit de leurs gémissements, la ville où ils échouer d'eux habité dans une continue déclinaison à la vie de cet aurore captif de son aurore : mais enfin rien n'éteint capable de les consoler, leur <sup>perce</sup> force de les rappeler dans sa maison frater-passionnelle, il écrit, il réçoivent, à nouvelle que tu es agréable ! la calme suit la tempête, les ténèbres se dissipent à la vue de la lumière, ils partent, à laut, l'ourge fure, les témoins de la vitesse avec laquelle ils marchent, ce sont des chevaux à longue bride, ce sont comme les aurores d'un fleuve bien ray de que rien n'est capable d'arrêter. les portes d'au re, tout des heures entières pour eux, les journées leur ressemblent des années, il semble que le temps





2000

# CANTICA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, JUXTA VULGATAM EDITIONEM,

*CARMINE TRANSLATA,*

Cum variis pietatis Opusculis, strictâ Oratione pariter  
exaratis.




TOLOSAE,

Apud JOANNEM-JACOBUM ROBERT, Lutetiae  
Parisiorum Lib. Art. Magistrum, Typographum &  
Bibliopolam, prope Collegium Regium.

---

CUM SUPERIORUM LICENTIA  
M. DCC. LXX,





VIRGINI DEIPARÆ,  
SINE LABE  
CONCEPTE,  
DEDICATIO.

**H**ECTIBI, Sancta Parens, Virgo mansura per ævum,  
Quæ concepta nites atri sinc labe veneni,  
Servus inops, dignæ merito pro munere laudis,  
Dedicat, insigni per te donatus honore.  
Tu siquidem nobis Hominemque Deumque dedisti,  
Qui genus humanum pretiosa morte redemit;  
Sustulit & moriens calpam Mortalibus ægris.  
Hujus ego Myastes, (a) meriti licet omnis egenus,  
Illi Augustum, sacro cum sanguine, Corpus  
Quotidianè soleo rerum libare Parenti,  
Fratribus & mundis superam præbere synaxin.  
Servulus ecce tibi totum se, Principe Christo (b),  
Devovet, ac supplex vestre tutamen anhelat;  
Totius ut vita felices implete annos,  
Detur & in Cœlis divinos cernere vultus.

(a) Id est, Sacerdos.

(b) Id est, post Christum.

# MONITUM.

**E**CCE jam tertium lucubrationum nostrarum in lucem proditur volumen; nec à scribendo authorem deterruit propriæ tenuitatis conscientia: quippe quòd nihil aliud intendat, duris insudando laboribus, nisi munerum Datori debitas persolvere grates, & aliquot saltèm divinarum studiosis literarum utcumque prodesse. Digneris igitur, Lector charissime, scribentis vota secundare, facilésque velim dictis accommodes aures: in eis nonnulla fortasse reperies ingenio tuo consona, nec non ad pios excitandos affectus haud inutilia.

Vale in Domino.





# CANTICUM MOYSIS PRIMUM. Exod. 15.

*In quo ipse, & Israëlitæ gratias Deo persolvunt ob reportam de hostibus victoriam.*

- 1  Antemus Domino : gloriose enim magnificatus est , equum & ascensorem dejecit in mare.
- 2 Fortitudo mea , & laus mea Dominus , & factus est mihi in salutem : iste Deus meus , & glorificabo eum : Deus patris mei , & exaltabo eum.
- 3 Dominus quasi vir pugnator , Omnipotens nomen ejus.
- 4 Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare : electi Principes ejus submersi sunt in mari rubro.
- 5 Abyssi operuerunt eos , descenderunt in profundum quasi lapis.
- 6 Dextera tua , Domine , magnificata est in fortitudine : dextera tua , Domine , percussit inimicum.
- 7 Et in multitudine gloriae tuæ deposuisti adversarios tuos : misisti iram tuam , quæ devoravit eos sicut stipulam.
- 8 Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ : stetit unda fluens , congregatae sunt Abyssi in medio mari.
- 9 Dixit inimicus : persequar & comprehendam , dividam spolia , implebitur anima mea : evaginabo gladium meum , interficiet eos manus mea.
- 10 Flavit spiritus tuus , & operuit eos mare : submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.
- 11 Quis similis tuî in fortibus , Domine ? quis similis tuî ,

- magnificus in Sanctitate, terribilis atque laudabilis ,  
faciens mirabilia?
- ¶ 12 Extendisti manum tuam , & devoravit eos terra.
- ¶ 13 Dux fuiti in misericordia tua Populo quem redemisti :  
& portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.
- ¶ 14 Ascenderunt Populi , & irati sunt : dolores obtinuerunt  
habitatores Philisthium.
- ¶ 15 Tunc conturbati sunt Principes Edom , robustos Moab  
obtinuit tremor : obriguerunt omnes habitatores Chanaan.
- ¶ 16 Irruat super eos formido & pavor , in magnitudine  
brachii tui : fiant immobiles quasi lapis , donec per-  
transeat populus tuus , Domine , donec pertranseat  
populus tuus iste , quem possedisti.
- ¶ 17 Introduces eos , & plantabis in monte hereditatis tuæ ;  
firmissimo habitaculo tuo quod operatus es , Domine :  
sanctuarium tuum , Domine , quod firmaverunt manus tuæ.
- ¶ 18 Dominus regnabit in æternum , & ultrà.
- ¶ 19 Ingressus est enim eques Pharaon cum curribus & equi-  
tibus ejus in mare ; & reduxit super eos Dominus aquas  
maris : filii autem Israël ambulaverunt per siccum  
in medio ejus.

## VERSO.

- ¶ E la novo Dominum celebremus pectoris æstu ;  
Non prius auditos libeat depromere cantus :  
Robore nam proprio referens ex hoste trium-  
phum ,  
Millia multa , potens , solus prostravit equorum ,  
Atque procellosas Equites dejecit in undas.
- ¶ Omnipotens nobis virtus , laudisque perennis

- Fons unus , solidam dignatus ferre salutem :  
 Hic Deus est nobis , summos reddemus honores ;  
 Hic Deus est nostrum devoti ad cuncta pa-  
 rentis ( a ),  
 Hujus inexhaustam tollemus ad æthera famam .
- 3 Armipotens Dominus , cœli sublimior arce ,  
 Cui nihil obsistit , totus cui militat orbis ;  
 Huic fuit , ~~Et stabit~~ per secula nomen Adó-  
 nai ( b ).
- 4 Projecit tumidi currus Pharaonis in altum ,  
 Non secus ac nervo jacitur per inane sagitta ; ( c )  
 Agmina cæruleis ulti demersit in undis :  
 Quotquot erant illi proceresque ducésque viro-  
 rum ,  
 Sanguineo præceps absorbuit æquore vortex .
- 5 Unda super veniens undam cum gurgitis æstu ,  
 Fluctibus oppressos texit nil tale timentes ;  
 Hancque penetrarunt saxi de more cadentis .
- 6 Nætua dextra , Deus fortissime , fortius egit :  
 Viribus innatis , operæ non indiga nostræ ;  
 Per se cùm valeat , crudelem contudit hostem .
- 7 Tu nimis excelsus , famâ super æthera notus ,  
 Qui tibi bella movent , folio detrudis ad ima :  
 Temporis in puncto , flaventis ad instar avenæ ,  
 Hos tua de Cœlo flagrans disperdidit ira .
- 8 Pectoris imò tui sacro dictante furore ,  
 Protinus effusæ coierunt æquoris undæ :  
 Constitit humor aquæ , cursum retinere coactus  
 Sic maris in medio murum fecere liquores .

( a ) Abrahæ .

( b ) Id est , Ens à se .

( c ) Cornel. à Lapide .

- 9 Persequar , exciamat , toto sibi pector egratans ,  
 Hostis inhumanus , fugientes assequar , inquit :  
 Ad libitumque mei , spoliis onerabor optimis ;  
 Ipse meam vindex habilem nudabo machæram ,  
 Intensosque mihi penitus delere juvabit .
- 10 Tu , Deus , interea sævo dum præcipis euro ,  
 Hostiles refluuntur turmæ conduntur in alto ;  
 Haud secùs ac plumbum , rapidis mersantur  
 in undis .
- 11 Quis rogo , summe Parens , valeat contendere  
 Técum ;  
 Fortibus in cunctis , quisnam Te viribus æquet ?  
 Næ Tu magnificus , Sanctos præcelsus in omnes ;  
 Quin & terrificus , nullis reticendus in oris ,  
 Insuper ac unus faciens miranda per orbem .
- 12 Mox ubi cœpisti validam protendere dextram ,  
 Infandos subito tellus absorbet hiatu ;  
 Faucibus haud quisquam tetri subducitur orci .
- 13 Ductor at electis clemens dignaris adesse ,  
 Ferrea captivi rumpendo vincla popelli ;  
 Viribus ipse tuis illum portabis ( a ) in almam ;
- 14 Atque tibi votam , fuerint dum tempora , sedem .  
 Ascendent populi vesanâ mente feroce ;  
 Iratique nimis , fremitu ( b ) loca cuncta reple-  
 bunt ;  
 Tumque Philistæos dolor irrequetus habebit .
- 15 Rectores Edom confusio magna sequetur ,  
 Robustosque Moab capiet tunc anxius horror ;

( a ) Hic , & duob. seqq. versic. in vulgata ponitur præter. pro futuro , ut observat Euthymius , & cum ipso plures alii .

( b ) Ex Hebr.

Jugera quotquot habent Chanaan, terrore liquefcent (a).

16 Pallidus exangues illis tremor occupet artus,  
Mox ubi competerint vestri sit quanta potestas:  
Fac, precor, ô! sapiens Cœli moderator & orbis,  
Immoti maneant velut ipsa rigentia faxa,  
Dum transgressus erit Populus de semine Jacob,  
Ac tibi jampridem numero selectus ab omni.

17 Hunc pius induces; imò plantabis in almo  
Monte Sion (b), carâ nimiùm per secula parte,  
Quam tibi sacrasti, sedem positurus in ipsa:  
Hoc, Deus, est manuum mirabile plasma tua-  
rum,

Quod confirmasti, nullis violabile seclis.

18 Illic Omnipotens longos residuebit in annos,  
Quin etiam totum prorsus regnabit in ævum.

19 Sessor enim Pharao, plaustrum comitante ca-  
tervâ,  
Agmen agens Equitum, ponto se credidit alto;  
Suspensaque Deus retraxit marmoris undas;  
Istraële sati medio gradiuntur in alveo:  
Ipsis nam pelagus siccas patefecit arenas.

(a) Ex Hebr. & 701.

(b) Anagog. Cœlo. Euthymius. Allegoricè Ecclesia.





## CANTICUM

MOYSIS SECUNDUM. Deuter. 32.

*Quo Dei refert beneficia, populique ingratitudinem saepius  
a Domino castigatam.*

- 1 **A**udite Cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.
- 2 Concrescat ut pluvia Doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.
- 3 Quia nomen Domini invocabo: date magnificentiam Deo nostro.
- 4 Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis, & absque ulla iniuritate, justus & rectus.
- 5 Peccaverunt ei, & non filii ejus in sordibus: generatio prava atque perversa.
- 6 Haecce reddis Domino, popule stulte & insipiens? Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creavit te?
- 7 Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; Majores tuos, & dicent tibi.
- 8 Quando dividebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos popolorum juxta numerum filiorum Israël.
- 9 Pars autem Domini, populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus.
- 10 Invenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodivit quasi pupillam oculi sui.
- 11 Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portavit in humeris suis.

- 12 Dominus solus dux ejus fuit : & non erat cum eo Deus alienus.
- 13 Constituit eum super excelsam terram : ut comederas fructus agrorum , ut fugeret mel de petra , oleumque de saxo durissimo.
- 14 Butyrum de armento , & lac de ovibus cum adipe agnorum , & arietum filiorum Basan : & hircos cum medulla tritici , & sanguinem uxæ biberet meracissimum.
- 15 Incrassatus est dilectus , & recalcitravit : incrassatus , impinguatus , dilatatus , dereliquit Deum factorem suum , & recessit à Deo salutari suo.
- 16 Provocaverunt eum in Diis alienis , & in abominationibus ad iracundiam concitataverunt.
- 17 Immolaverunt dæmoniis , & non Deo , diis quos ignorabant : novi recentesque venerunt , quos non coluerunt patres eorum.
- 18 Deum qui te genuit dereliquisti , & oblitus es Domini creatoris tui.
- 19 Vedit Dominus , & ad iracundiam concitatus est : quia provocaverunt eum filii sui & filiæ.
- 20 Et ait: abscondam faciem meam ab eis , & considerabo novissima eorum : generatio enim perversa est , & infideles filii.
- 21 Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus , & irritaverunt in vanitatibus suis : & ego provocabo eos in eo qui non est populus , & in gente stulta irritabo illos.
- 22 Ignis succensus est in furore meo , & ardebit usque ad inferni novissima : devorabitque terram cum germine suo , & montium fundamenta comburет.
- 23 Congregabo super eos mala , & sagittas meas complebo in eis.
- 24 Consumentur fame , & devorabunt eos aves morsu amarissimo : dentes bestiarum immittam in eos , cum furore trahentium super terram , atque serpentum.
- 25 Foris vastabit eos gladius , & intus pavor , & juvenem simul ac virginem , lactentem cum homine sene.
- 26 Dixi : ubinam sunt ? Cessare faciam ex hominibus memoria meorum.

- 27 Sed propter iram inimicorum distuli : ne fortè superbi-  
rent hostes eorum , & dicerent : manus nostra excel-  
sa , & non Dominus , fecit hæc omnia .
- 28 Gens absque consilio est , & sine prudentia .
- 29 Utinam saperent , & inteligerent , ac novissima provi-  
derent .
- 30 Quomodo persequatur unus mille , & duo fugent decem  
millia ? Nonne ideo , quia Deus suus vendidit eos , &  
Dominus conclusit illos ?
- 31 Non enim est Deus noster ut dii eorum : & inimici nostri  
sunt judices .
- 32 De vinea Sodomorum , vinea eorum , & de suburbanis  
Gomorrhæ : uva eorum uva fellis , & botri amaris-  
fimi .
- 33 Fel draconum vinum eorum , & venenum aspidum in-  
sanabile .
- 34 Nonne hæc condita sunt apud me , & signata in the-  
sauris meis ?
- 35 Mea est ultio , & ego retribuam in tempore , ut labatur  
pes eorum : juxta est dies perditionis , & adesse festi-  
nant tempora .
- 36 Judicabit Dominus populum suum , & in servis suis mi-  
serebitur : videbit quod infirmata sit manus , & clausi  
quoque defecerunt , residuique consumpti sunt .
- 37 Et dicet : ubi sunt dii eorum , in quibus habebant fidu-  
ciam ?
- 38 De quorum victimis comedebant adipes , & bibebant  
vinum libaminum : surgant , & opitulentur vobis , &  
in necessitate vos protegant .
- 39 Videte quòd ego sim solus , & non sit aliis Deus præter  
me : ego occidam , & ego vivere faciam : percutiam ,  
& ego sanabo , & non est qui de manu mea possit  
eruere .
- 40 Levabo ad Cœlum manum meam , & dicam : vivo ego  
in æternum .
- 41 Si acuero ut fulgur gladium meum , & arripuerit judi-  
cium manus mea : reddam ultionem hostibus meis , &  
his qui oderunt me retribuam .

- 42 Inebriabo sagittas meas sanguine , & gladius meus de-  
vorabit carnes de cruento occisorum , & de captivitate ,  
nudati inimicorum capit is.
- 43 Laudate Gentes populum ejus , quia sanguinem ser-  
rum suorum ulciscetur : & vindictam retribuet in hos-  
tes eorum , & propitius erit terrae populi sui.
- 

## V E R S I O.

- 1 Cœlitus afflatum , cives attendite Cœli ;  
Terrigenum quisquis dociles accommodet au-  
res ( a )  
Eloquiis nostris , unâ cum plebe , Senatus .
- 2 Quæ documenta damus , vadant in viscera cordis ;  
Parturiántque ( b ) simul , fusus ceu nubibus im-  
ber :  
Omnia lenè fluant nostrorum verba labrorum ,  
Mos ut inest rori teneras conspergere plantas ;  
Ac veluti riguæ perfundunt gramina guttæ .
- 3 Ea mihi solus erit carmen , qui vivit ab ævo ;  
Illiū & numen supplex in vota vocabo :  
Eia Deo nostro dignos referatis honores ;  
Mentibus & linguis æterno plaudite Regi .
- 4 Quidquid in orbe gerit , perfecti dore resulget ;  
Perstat & immotus juris servator & æqui :  
Usquæ manens idem , præstat promissa fidelis ,  
Nescius omnino mendacia fundere verba ;

( a ) Euthym. cum Hier. & Basilio. Tropologicè per Cœlos signi-  
ficatur Præpositorum Ordo ; per terram , subditorum plebs , inquit  
S. Greg. L. 2 , Mor. 26.

( b ) Cornel. à Lapide , ex Hebr.

**Omnia quin potius rectâ ratione gubernat.**

5 Degener ah ! soboles , tanto nec digna parente  
Progenies, Dominum lædere procacibus ausis ;  
Sordibus infecti , juga detrectare jubentis ;  
O ! perversa nimis, nimium generatio prava !

6 Hæccine retribuis; tantisne hæc gratia donis  
Redditur heu ! summo , rationis egena , Magistro ?  
Hic tibi nonne patens , hominum rerumque re-  
pertor ,

Qui, licet indignam , primo te legit ab ortu ,  
Quò fieres ipsi totum pars cara per ævum ?

7 In mentem revoca veterum monumenta dierum ;  
Seclorūnique vices placido sub pectore versa :  
Percontare patrem , testis qui vera docebit ;  
Consule Majores , uno simul ore loquentur  
Quanta suis olim benefacta rependerit Author.

8 Tempore quo Gentes varias divisit ad oras ;  
Semen & infaustum prisci dispersit Adami ,  
Optima terrarum Populis commisit iniquis ,  
Pignora quò Jacob illic numerosa locaret. (a)

9 Pars etenim (b) Domini Populus delectus ab ipso ,  
Ante foret vasti quām moles condita mundi ;  
In proprium voluit Jacob sibi prendere clerum. (c)

10 Hunc pius invenit deserta per alta vagantem ,  
Quæ loca diffuso stabant horrenda recessu :  
Hunc docuit legem , duxit per tuta viarum ;  
Luminis & quantâ servatur pupula curâ ,  
Isacidas tantâ rabido servavit ab hoste.

(a) J.P. L. cum Sacy.

(b) Ex Hebr. & Chaldæo.

(c) Id est, hereditatem.

- 11 Regia ceu volucris convertit ad æthera pullos ;  
 Ac super hos volitans , animos inspirat & ignes :  
 Aſſolet ut fulvas natis pretendere pennas ,  
 Ardua quò terræ discant , rarūmque tenere ,  
 Aëra , ſic Factor nimio pertractus amore ,  
 Jugiter æthereā populum protexit ab arce ;  
 Nec propriis iſum ſcapulis gestare negavit.
- 12 Dux fuit ipſe viæ ſolus , quōcumque migraret  
 Iſacides ; nec enim proprium niſi numen habebat.
- 13 Hunc ſuper excelsam , nec non per cuncta feracem  
 Constituit ( a ) terram , ſaturandum fructibus  
 agri ;  
 Sugeret ut mellis dulcem de caute liquorem ,  
 Ac oleum rigidæ traheret de viſcere petræ.
- 14 Adforet ut pecorum ( b ) concreti copia lactis ,  
 Ex ovium mammis expreſſus candidus humor ;  
 Ac fieret Bafan ſatiati pinguibus agnis ,  
 Selectisque gregis ducibus , capriſque tenellis ;  
 Fertilis & terræ juvundis frugibus uti ,  
 Lætāque neſtareis auſſumere pocula vinis.
- 15 Dilectus Domino , rebus ditatus opimis ,  
 Atque velut pellem crasso diſtentus omaſo ,  
 Divinæ renuit collum ſubmittere legi :  
 Non ſecūs ac taurus , niſi pinguedine fartus ,  
 Vomeris impatiens , durūm detrectat aratrum ;  
 Ac veluti ſonipes ſtrictæ contempnor habenæ ,  
 Colla jugo tollit , confractaque lora relinquit ;  
 A Domino factore ſuo ſic ille recessit ,  
 Qui potis eſt unus certâ donare ſalute.

( a ) Propheticè hic & in ſeqq. ponitur præt. pro futuro.

( b ) Id eſt , vaccarum , ex Hebreo.

- 16 Ignotos Patribus divos venerando , rebelles ,  
 Ipsius ultrices stimularunt acriter iras ;  
 Actibus infandis justos acuere furores.
- 17 Debita sacra Deo larvis libare deorum ;  
 Dæmoniis , inquam , soli reddenda Tonanti :  
 Numina ficta recens coluere , parentibus autem  
 Profus ab antiquis incognita monstra diebus.
- 18 Plebs male sana , Deum , cuius de munere vi-  
 vis ,  
 Linquere te juvit ; Cœli terræque Satori ,  
 Qui dedit esse tibi , constans servire negasti !  
 Tantane ceperunt hebetes oblivia sensus ?
- 19 Hæc scelerum vindicta supera prospexit ab aula ;  
 Tumque Deo dignos concepit mente furores ,  
 Quod nati natæque sui sint taliter ausi.
- 20 En , ait , ipse meos pravis ostendere vultus  
 Respuero : neque enim miseris , velut antè ,  
 tuebor ;  
 Sed nec opis quidquam dedero pereuntibus il-  
 lis : (a)
- Hæc est horrendis soboles corrupta piacis ,  
 Natio degenerans , mores oblita Parentum (b).
- 21 Me Dominatorem , moveo qui sidera nutu ,  
 Fulgure qui terras , qui terreo fulminis iactu ,  
 Ipsi dementes stimulare cumentibus ausis ;  
 Nempe loco nostris posuere deorum ;  
 His dare nec dubitant supremos thuris honores .  
 Juverit hinc illis populum præferre futurum ,  
 Qui , positis vanis , ultrò mea jussa capesset ;  
 Hinc erit obliquo cernant ut lumine gentem ,  
 Quæ fuerit cæcis alijs erroribus acta.

(a) J. P. L. (b) Abraham , Isaac &amp; Jacob.

- 22 Tum furor ille meus, vehemens ardebit ut ignis ;  
 Atque profunda simul stygiæ penetrabit abyssi :  
 Protinus hic terram cum germe quôque vorabit ;  
 Funditus & terræ montana cacumina solvet.
- 23 Ultor in adversos fundam genus omne malorum ;  
 Atque sagittarum nubem vibrando deorsum ,  
 Omnia peridenti depromat tela pharetrâ.
- 24 Cladibus attritos rabidi jejunia ventris  
 Insolitis adigent vesici , morboque peribunt ;  
 Vulturibus fient , avidisque volucribus esca ,  
 Unguis & rostro vivos lanantibus artus :  
 Et , quibus ingenium semper manet acre ferûmque ,  
 Immani pecudes immittati dente timendas ;  
 Stridula fundentes vibratis sibila linguis ,  
 His aderunt angues , spargentque in vulnera virus.
- 25 Ense foris grandes passim faciente ruinas ;  
 Intus & occlusos gelido turbante pavore ,  
 Haud capient somnos ; ast ipso sàpè cubili  
 Horrebunt , poenâmq[ue] luent formidine poenæ ;  
 Nullis aut sexus quidquam , vel proderit ætas ;  
 Juverit extremum vetusti , vergentibus annis ,  
 Præcipitare diem , primoque in limine vitæ ,  
 Infantis miserî nascentia rumpere fata ;  
 Et juvenes simul occubent , castæque puellæ.
- 26 Nunc ubi sunt , tacito mécum de pectore dicam ?  
 Me penes infidos ad fines usque remotos ( a )  
 Pellere , quin etiam pravorum tollere nomen :
- 27 Propter at infensos poenas differre merentum

Decrevi ; ne fortè juvet , quos possidet ira ,  
 Fundere vesanas tumido de gutture voces :  
 Talia nequaquam Dominus miranda peregit ;  
 Sed vītrice manu nosmet perfecimus illa.

28 Gens( a ) sine consilio , communis & indiga  
 sensūs ,

Præterea vano frustrā se nomine jaēat.

29 O ! utinam saperent , stultisque recondita nos-  
 sent ,

Ac demum vigiles minitantia tela caverent ,  
 Pro inūs hæc sécum prudenti mente putarent :

30 Unus qui fiat decies centena virorum ,  
 Adversique duo bis millia quina repellant ?

Nōnne quòd à summo fuerit plebs vendita Patre ,  
 Ac veluti ferro clausa , & compagibus arctis ?

31 Nam Deus est noster longè diversus ab illis ,  
 Quos malè cumque Deos Gentilis nuncupat er-  
 ror , ( b )

Relliqias veterum infames , & monstra pudenda :  
 Sit penes adversos hujus sententia dicti ,  
 Horrendis toties percussos antè flagellis.

32 Talia jure luet , reprobae nimis æmula gentis ,  
 Plebs mea , consimilem jamjam subitura rui-  
 nam : ( c )

Vitibus è Sodomæ vitis sua provenit illis ( d ) ;  
 Déque suburbanis pravæ vineta Gomorrhæ :  
 Horum stat viridi conspersus felle racemus ,  
 Cujus amarities absynthia vincit amara .

( a ) Israëlitica.

( b ) Loquitur Moyses.


( c ) Cornel. à Lap.

( d ) Hebreüs. Sacy.

- 33 Hinc liquor expressus trucium ceu sella draconum,  
Aspidos & tabes, nullâ medicabilis arte.
- 34 Nunquid, ait Dominus, valcent hæc pectora  
labi,  
Tempore quæ certo nobis facienda supersunt  
Nónne manent nostris tutò commissa tabellis?
- 35 Est punire meum, meritásque reposcere pœnas?  
Debita mox gentes sceleratas damna sequentur;  
Jam venit ecce dies; instat lux ultima vitæ,  
Quâ pravus quisquis stygium rapietur in orcum.
- 36 Conditor oppressæ norit jus reddere plebi;  
Servorumque simul miserebitur ipse suorum,  
Flebilis ut fuerint belli discrimine fracti,  
Et reliqui partim clausi, partimque cadentes.
- 37 Nunc ubi sunt, dicit, fictum simulachra Deorum,  
Quos fabricavit homo, quibus & vos fidere juvit?
- 38 De quorum sacris adipes edistis opimas,  
Et libamentum fragrantia vina bibistis:  
Hi modò consurgant, animos virésque ministrent,  
Insuper & cunctis redimant vos rebus ab artis.
- 39 Me solum verè Dominum scitote Deumque;  
Nulli, me præter, summi reddantur honores;  
Quem penes est unum letho, vel dedere vitæ:  
Justus ego ferio, clemens & vulnera fano;  
Nec potis est ullus quidquam subducere nobis.
- 40 Unde citus tollam validas ad sidera palmas;  
Numina testabor nostri, virámque perennem,  
Quæ mihi semper inest, & erit per secula mécum.
- 41 Fulmineum gladium si cuidero fulminis instar,

- Stricto judicio culpas librabo nocentum; (a)  
 Hostibus atque meis adero justissimus ultor,  
 Debita criminibus passim tormenta rependam.  
**42** Juverit hinc largo calamos (b) satiare cruore;  
 Ens & ille meus carnes sine more vorabit;  
 Ebria stratorum de sanguine tela rubescunt:  
 Hos inter fuerint servili compede vincti,  
 Portantes nudam rigidas cervice catenas.
- 43** Vos Populum Domini, Gentes, ad sidera  
 ferte:

Namque sui fuerit Cultorum sanguinis ultor,  
 Ocyus & poenas rabidos convertet in hostes;  
 Hic sibi devoutae sataget benedicere terrae,  
 Atque Suos iterum pacato cernere vultu.



## C A N T I C U M

### ANNÆ MATRIS SAMUELIS,

*In gratiarum actionem; quæ rursum tres filios, & duas  
 filias generavit. 1. Reg. 2.*

- 1** Exultavir eor meum in Domino, & exaltatum est  
 cornu meum in Deo meo: dilatatum est os meum  
 super inimicos meos: quia laetata sum in salutari tuo.  
**2** Non est sanctus, ut est Dominus: neque enim est alius  
 extra te, & non est fortis sicut Deus noster.  
**3** Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: rece-  
 dant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum  
 Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.

(a) J. P. L. cum Euthymio.

(b) Id est, sagittas.

- 4 Arcus fortium superatus est , & infirmi accincti sunt robore.
- 5 Repleti prius , pro panibus se locaverunt : & famelici saturati sunt , donec sterilis peperit plurimos : & quæ multos habebat filios , infirmata est.
- 6 Dominus mortificat & vivificat , deducit ad inferos & reducit.
- 7 Dominus pauperem facit & ditat , humiliat & sublevat.
- 8 Suscitat de pulvere egenum , & de stercore elevat pauperem : ut sedeat cum principibus , & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ , & posuit super eos orbem.
- 9 Pedes Sanctorum suorum servabit , & impii in tenebris Conticescent:quia non in fortitudine sua roborabitur vir.
- 10 Dominum formidabunt adversarii ejus : & super ipsos In Cœlis tonabit : Dominus judicabit fines terræ , & dabit imperium Regi suo , & sublimabit cornu Christi sui.
- 

## V E R S I O .

- 1 M e juvat in Domino , rerum cui summa potestas ,  
Atque Deo nostro lætos diffundere vultus ,  
Qui meritis nudam celebri dignatur honore ;  
Unde datur nobis virtus invicta per ævum.  
In Te , summe Pater , lætor , mihi causa salutis ;  
Quid loquar infensis , habeo , referamque malignis.
- 2 Omnipotens Sanctos longè supereminet omnes ,  
Qui Deus est unus , numero præstantior omni ;  
Numquis erit forsan , qui se conferre Tonanti  
Audeat , aut illi similem se robore jactet ?
- 3 Parcite dementi sublimia mente profari ;  
Guttura de vestro quæcumque vetusta recedant :

Nam Deus humani scrutatur & intima cordis,  
Quem penes est unum tectos pernoscere sensus. (a)

4 Vitibus ablatis, validorum corruit arcus;  
At prius enerves, solido sunt robore cincti.

5 Quos malè replebat variarum copia rerum,  
Post inopes facti, sese pro pane locarunt;  
Ast exhausta fame jam pridem membra trahentes,  
Omnigenas libant epulas, ipsisque replentur.  
Enstetilis multos sub luminis edidit auras,  
Atque mortæ tanto pensat fastidia partu;

Quæ verò quondam numerofâ prole tumebat,  
Nunc, vice mutata, moerens ac orba gemiscit;  
Nullaque spes fulget partus aliquando fururi. (b)

6 Mortiferos Dominus tollit de pectore motus,  
Lethiferam vitam vitali morte tegendo: (c)  
Temporis in punto deducet ad infima terræ; (d)  
Inque poli lucem piccis revocabit ab umbris. (e)

7 Eripiet cuicunque volet, quæ parta tenebat;  
Nec mora, divitiis humilem cumulabit egenum:  
Ipse superborum novit constringere cornu,  
Imaque confestim nutu mutare supremis.

8 Erigit hic inopem, fœdo de pulvere tollit;  
Quò proceres inter populi regnique potentes,  
In folio positus, sublimes carpat honores;  
Condidit Æternus fœcundæ limina terræ;  
Ac super imposuit sinuosum providus orbem.

9 Integrum vitæ, scelerisque per omnia purum,

( a ) Calmet.

( b ) Idem.

( c ) Sacy.

( d ) Terrendo.

( e ) Fiduciâ. Idem.

Directos fataget clemens per ducere calles ;  
 Impius at cæcis repletus corda tenèbris ,  
 Cogetur propriis præstare silentia rebus :  
 Debilis omnino fuerit sibi quisque relictus.

10 Ecce repentinus Domini tremor ibit in hostes ;  
 Ac tonitru Cœlum super illos omne ciebit,  
 Jura dabit latè cunctis in finibus orbis ,  
 Electoque suo ( a ) Regni committer habenas ,  
 Quod neque vel longus seclorum terminet ordo ;  
 Quin etiam sacrâ perfusum tempora chrisi ( b )  
 Efferet , ac summo largus donabit honore .



## C A N T I C U M

### I S A I Æ P R O P H E T Æ ,

*In quo Deum laudat , & ipsi gratias agit pro liberatione & beneficiis Christi Salvatoris. Isaï. 12.*

- 1 **C**onsitebor tibi Domine , quoniam iratus es mihi :  
 conversus est furor tuus , & consolatus es me.
- 2 Ecce Deus Salvator meus , fiducialiter agam , & non  
 timebo : quia fortitudo mea , & laus mea Dominus , &  
 factus est mihi in salutem .
- 3 Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris .
- 4 Et dicetis in die illa : confitemini Domino , & invocate  
 nomen ejus : notas facite in populis adinventiones ejus ;  
 mementote quoniam excelsum est nomen ejus .
- 5 Cantate Domino , quoniam magnificè fecit : annunciate  
 hoc in universa terra .
- 6 Exulta , & lauda habitatio Sion : quia magnus in me-  
 dio tui Sanctus Israël .

( a ) Christo. Ex optimis Interpret. Cum Chald.

( b ) Latinè unctione .

## VER SIO.

- 1 TE, supreme Parens, imis celebrare medullis  
Me juvat, & festum laudis depromere carmen:  
Tu siquidem populum prius averstatus iniquum,  
Post aliquot tandem posuisti tela furoris;  
Atque pius miseric solatia magna dedisti.
- 2 Adfuit ecce mihi vindex, Servator ab ævo;  
Hinc erit & totum fiducia solus in ævum;  
Sed neque sollicito pallebunt ora timore:  
Omnipotens nobis virtus est, laulque perennis;  
Ipse fuit certam dignatus ferre salutem.
- 3 Tempore qui prisco latices de caute bibisti, (a)  
Fontibus è sacris vivos haurire liquores  
Cœperitis læti, facti per cuncta fideles.
- 4 Protinus hæc vobis fuerit vox omnibus una:  
Eximiæ Domino meritos date laudis honores;  
Nomen adorandum vigiles in vota vocate:  
Illiis, in populis, (b) hucusque recondita, grati,  
Mira simul, mentem studiūmque referte Potentis;  
Excidat haud usquam divinæ gloria famæ.
- 5 Sæpius Æterno, memori de pectore, cantus  
Edite, qui largum fese Cultoribus offert;  
Quin & magnificus, multò potiora reservat:  
Noverit hoc quisquis terrarum degit in orbe.
- 6 Inlyte mons Sion, supero gens vota Magistro,  
viribus ex totis animos ad sidera tolle;  
Nec meritis umquam taceas efferre faventem  
Laudibus; in vestri medio cum perstet Adonai,  
Maximus ille Deus, Sanctis & Sanctior unus.

(a) Calmet.

(b) Prophetia de vocatione Gentium.

**C A N T I C U M****E Z E C H I A E.** Isaï. 38, 10.**A R G U M E N T U M.**

*Ezechias à morte sibi per Isaïam comminatâ liberatus, signo  
in horologio Achaæ accepto, & promissâ de manu Assyriorum  
liberatione, additisque ei ad vitam quindecim annis,  
Canticum hoc gratiarum actionis Deo cecinit.*

10 **E** Go dixi : in dimidio dierum meorum , vadam ad portas inferi.

Quæsivi residuum annorum meorum.

11 Dixi : non videbo Dominum Deum in terra viventium.  
Non aspiciam hominem ultrà , & habitatorem quietis.

12 Generatio mea ablata est , & convoluta est à me , quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente vita mea : dum adhuc ordiner , succidit me : de manè usque ad vesperam finies me.

13 Sperabam usque ad manè , quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

14 De manè usque ad vesperam finies me , sicut pullus hirundinis sic clamabo , meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei , suspicentes in excelsum.

Domine , vim patior , responde pro me.

15 Quid dicam , aut quid respondebit mihi , cùm ipse fecerit ?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

16 Domine , si sic vivitur , & in talibus vita spiritus mei , corripies me , & vivificabis me.

17 Ecce in pace amaritudo mea amarissima :

Tu autem eruisti animam meam , ut non periret ; projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

D

- 18 Quia non infernus confitebitur tibi , neque mors laudabit te : non expectabunt , quid descendunt in lacum , veritatem tuam .
- 19 Vivens vivens ipse confitebitur tibi , sicut & ego hodiè : pater filiis notam faciet veritatem tuam .
- 20 Domine , salvum me fac , & Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini .

## VER S I O.

10 **V**ix ego dimidiū degetū tempora vitæ ;  
Languida cùm cœpit membra tenere dolor ;  
Obvia quando fuit dirissima noctis imago ,  
Quæ nos supremum tempus adesse monet ,  
Contigit hæc tristi deponere pectore verba :  
Ergo ne quād citius moesta sepulchra petam ?  
Quot reliqui starent , frustra pérpendimus , anni :  
Dulcia mors vitæ fila recidit atrox .

11 Non ultrà dabitur viventū luce potiri ,  
Æde nec in sacrâ mira videre Dei . ( a )

Ampliūs ecce virūm consortia nulla tenebo ;  
Nec Populum cernam , quem beat alma quies ,

12 Nulla mihi proles misero , seménve supers-  
tes ; ( b )

Tota manet mécum nostra sepulta Domus ;  
Sedulus ut pastor tentoria fixa revellit ,  
Tempora sic vitæ præterière meæ . ( c )

Stamina cœu testor refecat tenuissima telæ ,

( a ) Calmet .

( b ) Idem .

( c ) I. P. L.

Sic contracta mihi meta reposta fuit.

Protinus interii , lucis cum limen iniarem ;

Solis ad occasum morte peremptus ero.

13 Anxia me tenuit gratum spes mane videndi ;

Ut leo , sic nobis conterit ossa Deus. ( a )

Lumine vix orto , rursus lamenta profudi :

Longius à vivis , sole cadente , ferar.

14 Asolet ut rauco dare pullus hirundinis ore

Murmura , dum matrem sentit abesse suam ;

Ac veluti tectum gemitu replere columba ,

Quæ , sibi prærepto compare , tota dolet ;

Non secùs , in tenebris vitam , luctuque trahentis ,

Sollicito libuit tollere corde sonos.

Caligant oculi , solamen opemque precantes ;

Usquæ manent nostrâ lumina fixâ polo :

Tu , Pater ô ! clemens , pia des responsa gravato ;

15 Ipsemet optatæ sis mihi sponsor opis :

Quid querar infelix , solatia quæve requiram ;

Causa sit inflicti cum Deus ipse mali ?

En malè transactum coram te juverit annos

plangere; nec mittam facta piare mala.

16 Rerum vivit homo ; tali si lege vigebit ,

Tu mihi correpto vivere posse dabis :

Tumque vices rerum natus moderante superno ,

17 Pax secura mihi , durus amaror erit.

Tu dignare tuum morti subducere servum ,

Insuper & culpas hic abolere meas.

18 Non tua narrabunt tumuli sub mole jacentes ,

Funere nec meritis laudis honore colent ;

- Sed neque qui stygii descendit ad imia barathri ,  
 Quæ bona das verax ( a ), ulla videre quicat.  
 19 Qui verò mécum vitali vescitur aurâ ,  
 Festivus laudes concinet ille tuas ;  
 Pignoribus genitor sataget narrare fidelis ,  
 Quam sis polliciti pervigil usquè tenax.  
 20 Me , Deus ô ! facilis, sanum servare memento ;  
 Jugiter esto Tibi sedula cura mei :  
 Juverit hinc Psalmos cunctis cantare diebus ,  
 Ædibus in Domini , dum superesse finar .



## C A N T I C U M

### T R I U M P U E R O R U M . D a n . 3 , 57 .

#### A R G U M E N T U M .

*Ananias , Misaël & Azarias nolentes adorare statuam , quam rex Nabuchodonosor erexerat , ligati mittuntur in fornacem ignis ardentis , in qua illæsi manentes confitentur Domino , quod propter peccata suæ gentis paterentur afflictiones : & petentes ejus misericordiam , exhortantur omnes creaturam ad benedicendum Dominum .*

- 57 **B**enedicite omnia opera Domini Domino : laudate & superexaltate eum in secula .  
 58 Benedicite Angeli Domini Domino : laudate & superexaltate eum in secula .  
 59 Benedicite Cœli Domino : laudate & superexaltate eum in secula .  
 60 Benedicite aquæ omnes , quæ super cœlos sunt , Dominu : laudate & superexaltate eum in secula .

( a ) Id est , juxta veritatem promissorum tuorum .

- 61 Benedicite ; omnes virtutes Domini , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 62 Benedicite , Sol & Luna , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 63 Benedicite , stellæ Cœli , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 64 Benedicite , omnis imber & ros , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 65 Benedicite , omnes spiritus Dei , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 66 Benedicite ignis & æstus , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 67 Benedicite , frigus & æstus , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 68 Benedicite , rores & pruina , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 69 Benedicite , gelu & frigus , Domino : laudate & superexaltate eum secula.
- 70 Benedicite , glacies & nives , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 71 Benedicite , noctes & dies , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 72 Benedicite , lux & tenebræ , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 73 Benedicite , fulgura & nubes , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 74 Benedicat terra Dominum : laudet & superexalte eum in secula.
- 75 Benedicite , montes & colles , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 76 Benedicite , universa germinantia in terra , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 77 Benedicite , fontes , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 78 Benedicite , maria & flumina , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 79 Benedicite , cete & omnia quæ moventur in aquis , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.

- 30** Benedicite ; omnes volucres Cœli, Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 31** Benedicite, omnes bestiæ & pecora , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 32** Benedicite, filii hominum, Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 33** Benedicat Israël Dominum : laudet & superexalte eum in secula.
- 34** Benedicite , Sacerdotes Domini , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 35** Benedicite , Servi Domini , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 36** Benedicite, Spiritus & animæ justorum , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 37** Benedicite , Sancti & humiles corde , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.
- 38** Benedicite , Anania , Azaria , Misaël , Domino : laudate & superexaltate eum in secula.

### V O X E C C L E S I A E.

Benedicamus Patrem , & Filium cum Sancto Spiritu : laudemus & superexalte mus eum in secula.  
Benedictus es , Domine , in firmamento Cœli : & laudabilis , & gloriosus , & superexaltatus in secula. (a)

### V E R S I O.

- 57** Plasmata quotque Dei , vestro complodite  
Plastæ ;  
Ipsi ter meritas in secula pendite grates.
- 58** Angelicæ mentes , Dominum celebretis ovantes.
- 59** Artificis laudes , stellantia condite tecta.

(a) Ex vers. 56. Dan, cap. 3.

- 60 Vos super astra siti , Fabrum laudate liquores ;  
 61 Agmina Cœlitum , verum memorate Tonan-  
     tem.  
 62 Sol & Luna , Deo certatim dicite laudem ;  
 63 Asteres igniti , Factori plaudite mundi .  
 64 Imbris & rores , Actus narrate Creantis ;  
 65 Flamina (a) quæque Dei , Regem clarare polo-  
     rum.  
 66 Ignis & æstivi [b] Dominum célébrate , calo-  
     res ;  
 67 Frigus & Hybernus [c] vigor , hume ad sidera ferta .  
  
 68 Cum vitreâ rores , ipsum cantate , pruinâ ;  
 69 Frigora collaudent cano concreta liquore .  
 70 Cum nivibus glacies , supero benedicite Patri .  
 71 Hunc libeat vobis , noctes , laudare , diésque ;  
 72 Cum tenebris lunen , rerum cantato Satorem ;  
 73 Fulguribus claris , fluidæ vos jungite nubes .  
 74 Efferat hunc tellus , extollat & usquæ colonus ;  
     *Mirag. gestorum* nulquam celebrare quiescant .  
 75 Montes & clivi , Sanctum benedicite Sancto ;  
 76 Quodlibet è terra complodite germen , Adô-  
     nai .  
 77 Continui Domino laticis benedicite venæ ;  
 78 Cum fluviis ipsum collaudent æquoris undæ .  
 79 Pisciculis juncti , grandes benedicite ceti ;  
 80 Factorémque suū laudet genus omne Volūcrum .  
 81 Sylvestres pecudes , passimque domestica bruta ;  
 82 Vos & terricolæ , Dominq concedite laudes .

(a) Calmet.

(b) Idem. Ex Græco. (c) Idem.

- 83 Israële Deum certe benedicere nati ;  
 Gestaque ter Magni per secula cuncta loquantur.  
 84 Unanimes Domino , sacri benedicite Mystæ  
 85 Illius & Nomen , fidi celebrate Ministri.  
 86 Vos decus Astrorum , mundæque per omnia  
 mentes ;  
 87 Subdita vósque Deo benedicite , corda pio-  
 rum.  
 88 Tres demùm pueri [a] , Cælo dilecta propago-  
 Illius in laudes hilari prorumpite motu ,  
 Qui vos fornacis rapido servavit ab igne ;  
 Venturis famâ celebrem transmittite felis.

## VOX ECCLESIAE.

Laudemus Patrem , sacro cùm Flamine , Natum  
 Trinum perpetuò superexaltemus & Unum.  
 Tu , Deus , excelsis semper laudaris in astris ,  
 Clarus in æternum , nulloque tacendus ab ore .

(a) Ananias , Azarias & Misael.





# O R A T I O

## HABACUC PROPHETÆ,

### PRO IGNORANTIIS.

### CAPUT TERTIUM.

#### ARGUMENTUM, ET TITULI EXPOSITIO:

*Per ignorantias, ait Cornelius à Lapide, significantur peccata populi; quasi dicat: Oro, Domine, pro peccatis populi; ut illa condones & dissimules, ne propter illa differas opus liberationis nostræ è Babylone, & multò magis (Allegoricè) opus Incarnationis Christi, & Redemptionis generis humani à te promissum. Notandum est enim cum eodem Authore, Prophetam toto hoc carmine adeò celebrare stragem Pharaonis, & liberationem Hebræorum ex Ægypto; quia illi per omnia similis futura erat strages Chaldæorum, & liberatio Hebræorum ex Babylone, quam propriè ipse spectabat & sperabat. Et utraque similis fuit liberationi hominum è captivitate peccati per Christum, quam ult mō & maximè representare intendebat. Sic etiam cum Patribus sentiunt Calmetus & Sacy.*

**1** **D**omine, audivi auditionem tuam, & timui.

**2** **D**omine opus tuum, in medio annorum vivifica illud.

In medio annorum notum facies: cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

**3** Deus ab Austro veniet, & Sanctos de monte Pharan.

Operuit cœlos gloria ejus: & laudis ejus plena est terra.

**4** Splendor ejus ut lux erit: cornua in manibus ejus.

**5** Ibi abscondita est fortitudo ejus: ante faciem ejus ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes ejus.

- 6 Stetit , & mensus est terram.  
 Aspexit , & dissolvit Gentes : & contriti sunt montes seculi.  
 Incurvati sunt colles mundi , ab itineribus æternitatis ejus.
- 7 Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiaz , turbabuntur pelles terræ Madian.
- 8 Numquid in fluminibus iratus es , Domine ? aut in fluminibus furor tuus ? vel in mari indignatio tua ?  
 Qui ascendes super equos tuos : & quadrigæ tuæ salvatio.
- 9 Suscitans suscitabis areum tuum , juramenta tribubus quæ locutus es.
- 10 Fluvios scindes terræ : viderunt te , & doluerunt montes : gurges aquarum transiit.  
 Dedit abyssus vocem suam : altitudo manus suas levavit.
- 11 Sol & Luna steterunt in habitaculo suo , in luce sagittarum tuarum , ibunt in splendore fulgorantis hastæ tuæ.
- 12 In fremitu conculcabis terram : in furore obstupefacies Gentes.
- 13 Egressus es in salutem populi tui , in salutem cum Christo tuo.  
 Percussisti caput de domo impii : denudasti fundatum ejus usque ad collum.
- 14 Maledixisti sceptris ejus , Capiti bellatorum ejus , venientibus ut turbo ad dispergendum me.  
 Exultatio eorum , sicut ejus qui devorat pauperem in abscondito.
- 15 Viam fecisti in mari equis tuis , in luto aquarum multarum.
- 16 Audivi , & conturbatus est venter meus : à voce contremuerunt labia mea .  
 Ingrediatur putredo in ossibus meis , & subter me scateat.  
 Ut requiescam in die tribulationis : ut ascendam ad populum accinctum nostrum.
- 17 Ficus enim non florebit ; & non erit germen in vineis.  
 Mentietur opus olivæ ; & arva non afferent cibum.  
 Abscindetur de ovili pecus : & non erit armentum in præsepibus.

18 Ego autem in Domino gaudabo : & exultabo in Deo Iesu meo.

19 Deus Dominus fortitudo mea : & ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa deducet me vicit in Psalmis canentem.

---

## VER SIO.

1 T E , Deus altitonans , nobis tua verba feren-  
tem

Audivi , cœpique vago trepidare timore ;  
Quin & sollicitâ mentem formidine pressus ,  
Obstupui ; sensique metu riguisse capillos :  
Heu ! caput in nostrum quot quantaque damna  
propendent !

2 Tu tibi sufficiens , Patribus concessa vetustis ,  
Nunc medium nobis clemens renovato sub ævum .  
Audior : en vicibus versis , antiqua novabis  
Tempore præfixo ; pietas immensa patescet ,  
Mox ubi commotum fuerit pacare furorem .

3 Næ Deus adveniet nostris , quæ parte calores  
Austrini veniunt ; sanctos Sanctissimus inter  
Umbroso citius descendet monte Pharano ; [4]  
Hujus , ab extremis , occultat gloria Cœlos ;  
Laudibus ipsius tellus & tota resultat .

4 Lumine collucet nitido , ceu fulgida solis  
Tæda , coruscanti qui temperat omnia luce :  
Hunc penes imperium semper manet atque potes-  
tas :

(a) Ab hoc vers. usque ad 16. exclusivè , omnia Vulgatae futurae ,  
de præterito intelligenda sunt , ut observat Calmet .

- Illic divinæ latitat vis maxima dextræ ,  
 Unde polum subito , terrásque tremore fatigat.
- 5 Quò se cumque ferat , tristis præcedit imago  
 Mortis inhonoræ , cunctos bacchantis in hostes.  
 Illius ante pedes , stygii moderator Averni ,  
 Infelix graditur monstrum , nullique secundum :
- 6 Constitit intereà , toti qui præsidet orbi ,  
 Hostibus in mediis vindex ; horúmque feraces  
 Divisit terras genti sibi ritè dicatæ.  
 Prospicit irato vesanas lumine gentes ;  
 Nec mora , confestim redolens ut cera liquefunt :  
 Quin , à principio quæ stabant culmina terræ ,  
 Protinus in cinereum passim rediguntur inanem.  
 Omnis & excelsus , Domino gradiēte superno ,  
 Cujus in æternum perstat moderamen ubique ,  
 Curvatur collis ; nudantur opaca viatum.
- 7 Propter iniqua Patrum , claro de sanguine Ja-  
 cob [a] ,  
 Æthiopum gentis tentoria fœda [b] tuebar  
 In nostrum conversa genus , peritura per agros.  
 Hinc Madianitæ turbatâ mente furentes ,  
 Nunc huc , nunc illuc , & utròque sine ordine  
 current ;  
 Nec dabitur victis pelles auferre jaæentes .
- 8 Numquid in objectas fluviūm Te tristior undas  
 Abripit ira Deus ? numquid Tu nescius ipsis  
 Parcere fluminibus , vestrī quæ jussa capeſſant ?  
 Num furor ille tuus vastos in marmoris æstu  
 Sæviet in finem , propriūm qui scandis equorum

(a) Sacy.

(b) Calmet.

- Terga ; nec hinc dubitas certam præstare salutem ;  
 Quadrigisque tuis caram defendere plebem ? [a]
- 9 Tu validis flexos curvasti viribus arcus ;  
 Irrita nec facies populo promissa fideli , [b]  
 Juréque jurando longos firmata per annos.
- 10 Tu fluvios terræ partes discindis in ambas ;  
 Te rigidi viso montes turbantur & horrent ;  
 Aligeros undæ cursus inhibere jubentur.  
 Äquoris insolitâ fluctus vi stare coacti ,  
 Non prius audito passim frenuere tumultu ;  
 Atque suas utcumque manus sunt tollere visi.
- 11 Sol & luna tuis tempus dare jussa triumphis , [c]  
 Sedibus in propriis perstabant ordine certo ;  
 Hinc inimicorum perterrita castra furentum ,  
 Terga dedere fugæ , stridentia tela videndo ,  
 Cum tua fulgeret larvales hasta per umbras.
- 12 Iratus nimium , terrain calcare profanam ;  
 Atque furore fremens , gentes terrere feroce ,  
 Ac meritas nosti pravorum sumere pœnas.
- 13 Sedibus è superis , optatam ferre salutem  
 Curasti populo , dudum tibi ritè sacrato.  
 Divino tintœm sociasti chrismate Técum ,  
 Cui dabis ut sapiens mundi moderetur habenas.  
 Jämque cecidisti generis Caput [d] usquè nefandis ;  
 Illius & sacras [e] vertisti fonditus ædes . [f]
- 14 Tu diris devotæ , solo prosternere sceptræ

(a) Equi & quadrigæ D. vocantur nubes. Corn. à Lap. Hic, Calmet.  
 Verò per quadrigam intelligit sœderis arcam.

(b) Sacy.

(c) Josue 11. 10. 12.

(d) Pharaon.

(e) Id est, execrandas.

(f) Omnia Ägypti primogenita occidendo, Calmet.

Duxisti, atque Duxem numeroſo milite cinctum,  
 Dum ſimul impeterent, nobis extrema minantes,  
 Turbinis in morem ſubitò per inane furentis;  
 Hostibus ut victis, lœtum pæana caneabant,  
 Clam veluti quifquam vacuum ſi nulla timen-  
 tem

Aggrediens hominem, lethali vulnere cædat.

15 Tu, Deus, interea volucres agitando jugales  
 Äquoris in medio pandisti tuta viarum,  
 Unde tuis fieret facilis per cuncta meatus,  
 Esto prius fuerit lutulentæ copia lymphæ.

16 Auribus hæc iſtiſ hauiſ; doctiſque futurum,  
 Robore deficio; noſtræ ſunt viſcera mentis  
 Protinùſ inſolito quodam perculſa timore:  
 Quin & lingua ſimul trepidiſ conjucta labellis,  
 Stat tremebunda; coit gelidus formidine ſanguis.  
 Quid tamen à Domino decretiſ ſtragibus uroſ  
 Oſſibus in noſtris ſedeat putredo nefanda;  
 Defluat & livens toto de corpore tabum;  
 Venerit ut poſtquam tantorū meta malorum,  
 In placida tandem compoſtuſ pace quiescam;  
 Inſuper & noſtrūm tribubuſ comes additus adſim,  
 Cūm dabitur patrioſ iterūm conſcendere fines.

17 Quanta futura manet clades pecudūmque vi-  
 rūmque!


Tunc erit ut nulloſ pariat ſiculnea flores;  
 Nec nova de grāvidō confurgat palmite gemma  
 Sed neque perpetuum ſervans cum fronde deco-  
 rem,  
 Protulerit fructuſ fallentis termes olivæ;  
 Nec ſolitas gignent vel culta novalia fruges.

Lanigeræ propriis pecudes ab ovilibus actæ,  
Pascua cessabunt turmatim carpere nota;  
Neve laboriferos capiet præsepe juvencos.

18 Me tamen in Domino geniale ferre juvabit;  
Unus erit Jesus cordis mihi casta voluptas;  
Hic solus fuerit nobis spes una salutis.

19 Ille meæ vires, mea magna potentia solus;  
Ipse dabit cursu levibus contendere cervis.  
Adde quod & victo referens ex hoste, tro-  
phæum [a],  
Providus in Patrios sataget me ducere montes  
Dulce melos Domino grato de corde canentem.

*Canticorum Veteris Testamenti*  
*Finis.*



## NOVI TESTAMENTI

### CANTICA.

MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINUM, &c. *Luci. 46.*

#### ARGUMENTUM.

*Acta Maria Parenz divino Flamine virgo;*  
*Cœlestique simul fœtu gravidata, canebat:*

## VERSO.

46 Me juvat Æterni mirum celebrare favorem;  
Ac meritas ipsi gratam persolvere landes,

(a) Loquitur Proph. in persona Judæorum, qui festivè redditur  
erant à Babylone.

- Qui bonus, electam matres super extulit omnes,  
 47 Jam libet in Jesu totis gestire medullis,  
 Quem mihi supremum novi Dominumque Deum  
     que,  
 Nec designatum gremio se fundere nostro.  
 48 Qnòd pius & clemens, famulam respexit ina-  
     nem (a);  
 Propterea felix cunctis vocitabor in oris,  
 Donec perpetuo labentur secula cursu.  
 49 Omnipotens etenim, sanctum cui nomen Ad-  
     nai [b],  
 Magna mihi fecit, Cœlis excelsior ipsis.  
 50 Illius & pietas homines complectitur omnes,  
 Cœlitus eductos casto se corde timere;  
 Insuper extremos pertingit ad usque nepotes.  
 51 Viribus innatis valde miranda peregit:  
 Ipse superborum novit confundere mentes,  
 Ad nihilum redigens actus & sensa nocentium.  
 52 Nutibus illius, solium posuere Potentes;  
 Ast humiles animo vili de pulvere tollit;  
 Adde quod ad regni subito fastigia ducit.  
 53 Esurie pressis ingentia munera confert,  
 Atque locupletes penitus dimittit egenos.  
 54 Istrâële satos miserans suscepit, ab ortu  
 Ritè sibi votos: meminit nam foederis iicti  
 55 (Patribus ut nostris proprio fuit ore locutus)  
 Cum Thare genito, fidei per cuncta tenace,  
 Illius & natis in tempora longa futuris.

(a) Id est, vilem. Theophylactus, Euthym. Maldon. &amp; alii.

(b) Id est, Ens à se.

## CANTICUM ZACHARIÆ. Luc. I, 68.

## ARGUMENTUM.

*In nati Joannis Circumcisione, Zacharias pater, receptâ loquela, Canticum Gratiarum actionis edit.*

BENEDICTUS DOMINUS DEUS ISRAEL, &c.

## VERSSIO.

- 68 Omnipotens utinam! toto celebretur in orbe;  
Ipse Deus Jacob, Isaac de sanguine creti:  
Namque suâ plebem cœlo miseratus ab alto,  
Nil miserantis, amans redimit de fauibus Orci.
- 69 Ædibus in David, pueri sibi ritè dicati,  
Imperium nobis statuit sine fine manenduni,  
Cujus & amissam reparabit Virga salutem.
- 70 Dixerat hæc verax priscum veræc suorum  
Ore Prophetarum, procul eventura videntum;  
(Quippe quod his aderat dico mens concitamotus)
- 71 Hostibus à nostris salvos nos esse futuros,  
Queis iubet insolentes odiis urgere malignis:
- 72 Agnita quo fiat pietas illius ab ævo,  
Antiquis aliâs impensa parentibus; atque  
Se memorem cunctis manifestet Gentibus isti  
Fœderis, & nullo violandæ tempore pacis.
- 73 Talia nam jurans fido promissa Parenti  
Thariadæ fecit; nobis se nempe daturum,
- 74 Hostibus ut bello fractis longeque repulsis,  
Nos juvet intrepidos summo servire Magistro;
- 75 Ejus in aspectu, sanctam traducere vitam,

- Justitiæque simul rectis incumbere factis ,  
 Doncē erit nostro tenuis vel flatus in ore.
- 76 Tu tener ô ! infans , sparsō jam tempora canis  
 Grata mihi proles , Summi vocabere Vates :  
 Namque tuum fuerit Christi præcedere vultus ,  
 Atque vias ipsi regnantūm sternere Regi :
- 77 Illius ut certam valeat plebs nosse salutem ;  
 Quid sit opus factō veniā pro semper habendā.
- 78 Hæc supero nobis veniunt miserante Parente ,  
 Aſſolet ut mater natum refovere dolentem :  
 Sic Oriens (a) etenim nos visitat , atque tuetur ;
- 79 Quò pius & sapiens perfundat luce ſedentes  
 In tenebris , nec non inviſā funeris umbrā ;  
 Pacis ut ignotos faciat decurrere calles ;  
 Æternæque dein justus det munera vitæ.



### CANTICUM SIMEONIS , Luc. 2. 29.

*NUNC DIMITTIS SERVUM TUUM , &c.*


### VERSO.

- 29 N Unc , Deus ô ! clemens , nusquam Pro-  
 missa retractans ;  
 Cùm rata ſint ſemper verborum cuncta tuorum ,  
 Dimittis ſervum , ſolidā qui pace fruatur :
- 30 His oculis certum ſpectavi pignus amoris ;  
 Ac tremulas etiam fuſcepi latus in ulnas

(a) I. Christus. Zach. 3. 8. & 6. 12.

Emmanuél nobis missum , factumque salutis  
 31 Authorem , populis terræ manifestò paratum ;  
 Hunc ut adoret homo velamine carnis amictum ;  
 Quin & corporeā mentes compage solutæ. ( a )  
 Quò tenebras hominum pellat de cordibus unus ,  
 Gentibus ecce patet verum de Lumine Lumen ,  
 Insuper ac propriæ virtus & gloria plebis.

## CANTICORUM FINIS.



VARIA PIETATIS  
 OPUSCULA,  
 STRICTA ORATIONE EXARATA.

## ALPHABETUM CHRISTIANUM

## ET RELIGIOSUM;

Sive monita salutis , metrice & Alphabetico ordine  
 digesta.

- 1 AD Dominum rerum tua , téque referre  
 memento.
- 2 Baptismi pretio vanos postpone favores.
- 3 Corporis & mentis studeas componere gressus.
- 4 Da cuicunque potes fragilis solamina vitæ.
- 5 Exere jam vires ; nullis frangare molestis.
- 6 Fac tibi thesaurum , cuius possessio perstet.

( a ) Hebr. 1. 6.

*ORATIO DOMINICA,*

Quot petitionibus, tot versibus expressa.

*Sic orare suis Christus præcepit Alumnis. (\*)*

- 1 O ! Pater in cœlis, Sanctus celebr ~~eris in orbem~~.  
2 Tu Rex omnipotens , animis illabere nostris.  
3 Ut polus , in vestrum , tellus sic velle feratur.  
4 Donec adest hodiè , proprio nos pane foveto.  
5 Debita des nobis , veluti donamus & ipsi.  
6 Tartareo nunquam tuleris vincamur ab isto e s  
7 Obvia quin potius noxarum tolle pericla.  
Amen.

(\*) Mat. 6.

## SALUTATIO ANGELICA.

Virgo Maria, Deo semper gratissima, salve:  
En tibi dexter adest hominum, rerumque Repertor.

## VOX SANCTÆ ELIZABETH.

Tu benedicta manes oriundas inter Adamo;  
Unicus & Natus (sanctum cui nomen Iesus (\*)),  
Atque tuī castā mortalis factus in alvo,  
Vivit ab æterno, totum benedictus in ævum.

## VOX ECCLESIAE.

Sancta Dei Genitrix, misericordia succurre benigna;  
Aulice te, nobis detur peccata remitti:  
Fact modo; sed critica præsertim funeris horā.  
Amen.

Quid latine sonent vocabula ista, *Gabriel Angelus*.

## TETRASTICHON.

Si cupis Hebræam *Gabriel* perdiscere vocem,  
Virtutem noris significare Dei.  
*Angelus* est nomen Graio de fonte profectum;  
Nuntius & Latio vertitur usque sono.

(\*) Latinè, Servator.



**S Y M B O L U M A P O S T L O L O R U M ,**  
**A R T I C U L I S D U O D E C I M**  
**C O N T E N T U M .**

*Ista tenenda docet Natos Ecclesia Mater :*

- 1 **E**st Deus, Omnipotens Genitor, qui cuncta creavit.
- 2 **U**nicus est illi Genitus, Servator amandus ;  
Ipse simul Dominus, Messias Rexque supremus,  
Emmanuel (\*) verus, sancto de Flamine, nobis
- 3 **V**irginis intactæ ventris conceptus in Aula ;  
Insuper & castæ natus de Matre Maria.
- 4 **H**ic fuit injusto quondam sub Judice (\*) passus ;  
Mortuus in ligno pendens, claususque sepulchro.
- 5 **I**nferiora volens adiit ; victorque revixit  
Post ternam lucem, nullo moriturus in ævo.
- 6 **S**candit ad alta poli ; sedes huic dextra Parentis :  
( Quippe quod æqualis semper sit utriusque potestas.)
- 7 **I**nde suum justus veniet jus reddere cuique.
- 8 **E**st simul, haud impar ambobus, Pneuma sacratum.
- 9 **C**reditur & verax, totum diffusa per orbem  
Concio, sanctorum pariter communio Fratrum.
- 10 **E**n ubi contriti sanantur vulnera cordis.
- 11 **C**orporeos animæ rursus mittentur in artus ;  
Ossaque de moestis surgent rediviva sepulchris.
- 12 **T**unc erit æternum merces integra laborum.

*Amen.*

[\*] Latinè, Nobiscum Deus.

[\*] Pilato.

**D E C A L O G U S;**  
**S I V E D E C E M P RÆC E P T A**  
**L E G I S N A T U R A L I S , E T S C R I P T Æ.**

*Omnibus hæc mandat summus per secula Judex (\*) :*

- 1 **O!** homo, dum vivis, Factori totus adhære.
- 2 Parce Dei frustrà venerandum sumere Nomen.
- 3 Sabbathum cuncta tibi sanctè celebranda memen-  
to.
- 4 Ut longum vivas, dignè venerare parentes.
- 5 Non re, non animo fueris percussor iniquus.
- 6 Quoslibet impuros devita corporis actus.
- 7 Furtis abstineas, nec non sua reddere cuique..
- 8 Vocibus aut signis mendacia nulla profundas.
- 9 Omnimodis cunctos compescere libidinis æstus.
- 10 Quæ sunt alterius, nec ave cum fraude tenere.

**P RÆC I P U A**  
**E C C L E S I A E P RÆC E P T A.**

*Præcipit hæc sapiens caris Ecclesia Natis :*

- 1 **I**n terris Misericordia, Domini, festisque diebus.
- 2 Singula, quotquot eunt anni, delicta fatere.
- 3 Tempore Paschali, sacrâ munire Synaxi.

[\*] Exod. 20. 3. & seqq.

- 4 Jussa tibi , sancte solennia transige festa.  
 5 Quæ tibi mandantur , jejunia sedulus imple.  
 6 Carnibus abstineas , vetitis quotcunque diebus.  
 7 Conjugium differ , sanctâ prohibente Magistrâ. (4)  
 8 Sacratis Decimas justè persolve Ministris.  
 9 Quem scelus exclusit , fugias consortia Fratris.  
 10 Tu quoque præcisus , pacem cito quære priorem.
- 

## S E P T E M E C C L E S I Æ S A C R A M E N T A .

*Hæc sunt veridici septem mysteria Cætûs :*

### BAPTISMUS.

- 1 Unius & Trini virtus Baptisma dat unum.

### CONFIRMATIO.

- 2 Imprimitur lotis , sacro cum chrismate , signum.

### EUCHARISTIA.

- 3 Jure ministratur sanctis divina Synaxis,

### PENITENTIA.

- 4 Hos Metanœa novat , quotquot peccâre renati.

### EXTREMA UNCTIO.

- 5 Ultima præbetur fractis (b) unctionâ salutis.

[a] Ecclesiâ. (b) Sub. morbo.

Ordo.

(49)

O R D O.

6 Ordine vera datur tractandi sacra potestas.

M A T R I M O N I U M.

7 Fœdera sunt lecti generandæ proliis ad usum ;  
Utque renata Deo , sanctos formetur ad actus.

V I R T U T E S T H E O L O G I C A E.

Trina Deum virtus ad Trinum spectat & Unum ;

(1) Recta Fides , (2) fortis Spes , (3) ac Dilec-  
tio sancta.

V I R T U T E S C A R D I N A L E S.

Sic potis es puram sceleris traducere vitam ;

(1) Tu Prudens , (2) Justus , (3) Constans , & (4)  
Sobrius esto.

S P I R I T U S S A N C T I D O N A.

Divini septem numerantur munera Flatūs ;

(1) Sponte Timore Domini , (2) Pietásque , (3) Scien-  
tia , (4) Virtus ,  
[5] Consilium , [6] Captus , [7] nec non Sapientia  
dantur.

S E P T E M V I T I A C A P I T A L I A.

Hæc sunt perversi capitalia criminis mundi;

[1] Pravus Amor magni , [2] rerumque Cupido  
nefanda Cupido

(50)

[3] Turpis Luxurias , [4] Livor , [5] potusque  
cibique

Immodicæ Curæ , [6] Violentia , [7] *junge* Ve-  
ternum.

*Misericordiae opera corporalia & spiritualia ,  
duplici hoc versu jam olim expressa :*

- 1 Visito , poto , cibo , redimo , tego , colligo ,  
condo.
- 2 Consule , carpe , doce , solare , remitte , fer ,  
ora.

*Eadem opera , bis septem versibus hic enuntiata.*

## OPERA CORPORALIA.

### VISITO.

- 1 Dum potes , infirmum clausumve libenter adito.

### POTO.

- 2 Quem sitis ardor agit , potu recreare me mento.

### CIBO.

- 3 Esuriens quisquis fuerit , tu pasce benignus.

### REDIMO.

- 4 Servitio pressos redimas Deitatis amore.

### TEGO.

- 5 Euge , tuî similis nudos tege corporis artus.

### COLLIGO.

- 6 Hospitio refove miserum , rectoque carentem.

### CONDICO.

- 7 Mortua sollicitus mandato corpora terræ.

## OPERA SPIRITALIA.

### CONSULE.

- 1 Utile consilium præsta cuicunque petenti.

(51)  
CARPE.

- 2 Argue peccantem , nequandò rursùs aberret.  
DOCE.  
3 Tempore quemque suo doceas de rebus agendis.  
SOLARE.  
4 Tristitiâ lœsos miti solare loquelâ.  
REMITTE.  
5 Ut dimittaris , penitus dimitte propinquos.  
FER.  
6 Alterius discas mores perferre molestos.  
ORA.  
7 Pro vivis supplex rogita , quibus adde sepultos.

OCTO BEATITUDINES EVANGELICÆ.

PRIMA.

O ! felix animo pauper , testante Magistro : [\*]  
Jus ad Cœlorum regna beata tenet.

SECUNDA.

Felix ô ! gratâ mentis dulcedine pollens :  
Prædia vivorum semper habebit ovans.

TERTIA.

Felix , ante Deum lacrymas qui fundit honestas :  
Pro modico sietu gaudia longa metet.

QUARTA.

Felix , justitiam quisquis sectatur anhelans :  
Irrita non cernet vota fuisse suâ.

QUINTA.

Felix , quem fratum miseret , qui sponte relaxat :  
Non secùs ac dederit , retribuetur ei.

SEXTA.

Felix , qui casto Dominum de corde requirit :  
Hic sine fine Deum mente videbit amans.

[\*] Matth. 5.3 . & seqq.

( 52 )  
SEPTIMA.

Felix , aversos revocat qui fœdere pacis :  
Filius hic meritò dicitur esse Dei.

OCTAVA.

Felix , dura ferens propter virtutis amorem :  
Ipsum quippe manet gloria summa poli.

QUINQUE CORPORIS SENSUS.

( 1 ) Visus , & ( 2 ) Auditus , ( 3 ) Tactus per membra refusus ,  
[ 4 ] Gustus , & [ 5 ] Olfactus , nostri sunt organa  
sensus.

QUATUOR HOMINIS NOVISSIMA.

[ 1 ] Mors , & [ 2 ] Judicium , [ 3 ] Paradisus , & [ 4 ]  
ignis Averni.  
Quatenus hunc vites ; illóque fruaris in ævum ,  
Judicis æterni fidus mandata facesse.

DE NOVISSIMORUM RECORDATIONE.

DISTICHON.

Ultima , quidquid agas , studiosa mente revolve :  
Sic eris innocuus , sacrâ testante Loquaclâ . [ 4 ]

DE COGITATIONE MORTIS ,

EJUSQUE CERTITUDINE.

O ! homo , te semper reputa de pulvere sic-  
sum ; [ b ]  
Sed neque te fugiat , quòd citò pulvis eris.

[ 4 ] Eccl. 7. 40.

[ b ] Gen. 3. 19.

*DE INCERTITUDINE MORTIS DIEI.*

Sollicitus quæris, quota sit nunc hora diei?  
Ultima non paucis, ultima fortè tibi.

*DE GEMITU HOMINIS INTERNI.*

Heu! me quis miserum carnis de carcere solvet?  
Hoc Domini Jesu gratia grata dabit. [a]

*DE VITA RELIGIOSA.*

Cella tibi cœlum, claustrum sit amabile castrum:  
Talia si Monachus deserit, ipse perit.

*OPERA SATISFACTORIA.*

Ritè Deum rogita, jejunia sponte frequenta;  
Auxiliis nudo promptus succurre propinquo.

*SUPER ILLUD ANTIQUORUM AXIOMA:*  
*Sustine, & absine.*

Quisquis adest solers veri sc̄tator honesti,  
Temperet à pravis, sponte molesta ferat.

*SUPER ILLUD DIVI AUGUSTINI:*

*Qui non gemit peregrinus, non gaudebit civis. [b]*

Quatenus æternâ valeas gaudere salute,  
Hic, velut extortis, gemitus de peccatore fuisse.

*SUPER ILLUD DIVI BERNARDI:*

*Memoria ardoris gehennæ  
Extinguat in te ardorem luxuriae. (c)*

Si sapi, æternæ jugis meditatio flammæ

[a] Rōm. 7. 24. (b) In PG 148. (c) De modo bene vivendi, c. 67.

Noverit & nimios frænare libidinis æstus.

### SUPER ILLUD SANCTI IGNATII:

*Heu! Quàm sordet terra, cùm Cœlum Aspicio.*

*Quàm mihi sordet humus, Cœludum specto  
decora.<sup>15</sup>*  
*Quàm mihi præ cunctis gratus ubique Deus!*

### DE MODO BENE VIVENDI.

#### HEXASTICHON.

In lecto recubans, mortem meditare propinquam;  
Æternæque simul præcave mortis iter.  
Dum thalamo surgis, supremum Numen adora;  
Illi ad laudem cætera quæque refer.  
Vespere gaudebis, rectos si feceris actus,  
Nec tibi vel minimus venerit inde tumor.

### CONVERSIO PECCATORIS AD DEUM.

Mundus eram totus, sacro de fonte levatus;  
Insuper & summo ritè dicatus Hero.  
Proh dolor! infelix, graviter peccando, recessi;  
Nempe fui pravum sponte secutus iter.  
Tu, Sator omnipotens, indigno parce benignus;  
Sim, precor, obsequio deditus usquè tuo.

### AD POSTULANDUM LACRYMARUM DONUM.

Quem nostros aliàs constat planxisse reatus,  
Fletibus & largis triste rigasse solum;  
Has ego per lacrymas oro, mitissime Jesu,

Suppliciis digno cor mihi conde novum :  
 Hinc erit ut scelerum turpes ubi lavero sordes ,  
 In Cœlis pacem semper habere queam.

### DE RECTITUDINE INTENTIONIS. TETRASTICHON.

Omnia , quisquis ades , facias in Nomine Jesu ;  
 Hic scopus , in terris , unicus esto tibi.  
 Tunc benè cuncta geres , divino motus amore ;  
 Aeternoque simul munere dignus eris.

### CONTRA DIABOLICAS TENTATIONES. HEXASTICHON.

I procul , i pessum , nigri dominator Averni ;  
 Quid tibi cum servis , quos sibi Christus habet ?  
 Quid tibi jam mecum , satana ; quid , pessime  
 latro ?  
 Cede locum Jesu , quem sibi morte tulit .  
 Auspice sub tanto , facile tua tela retundam ;  
 Téque tuisque simul fortior unus ero.

### Ad Dominum Jesum , ipsiusque piissimam Matrem. DISTICHON.

Laus Tibi sit semper , Jesu dulcissime Sponse ;  
 Sit tibi , post Christum , Virgo Maria , decus.

*Angelus Domini nuntiavit Maria , &c.*

Cœlitùs emissum suscepit Virgo Maria ;  
 Lætaque concepit , sacro dé Flamine , Verbum :  
 En ego , Cœlicolæ retulit benedicta puella ;  
 Omnimodè fiat Domini suprema voluntas.

Tum Logos (*a*) æternus, verum de Numinis  
Numen,  
Emmanuël (*b*) nobis humili se plasmate junxit.

*ANGELE DEI, QUI CUSTOS ES MEI, &c.*

Ætherei iussu Patris comes addite nobis,  
Corporis ac animæ, quælo, fidissime custos,  
Protege nos hodiè, mentis depelle tenèbras;  
Consiliisque tuis rectos da ponere gressus.

*VERSIO HUJUS VERSICULI. sap. 1. 7.*

*Spiritus Domini replevit orbem terrarum; & hoc, (c)*  
*quod continet omnia, scientiam habet vocis.*

Spiritus Æterni complectitur omne creatum;  
Unde nec ullus eum sermo latere valet.

*VERSIO HUJUS LOCI. Ecclesi. 21. 23.*

*Fatuus in risu exaltat vocem suam;*  
*Vir autem sapiens, vix tacitè ridebit.*

Affolet insipiens altis dare labra cachinnis;  
At verò sapiens tacitum vix prodere risum.

*Super illud Matth. 6. 24.*

*Nemo potest duobus Dominis servire, &c.*

### *TETRASTICHON.*

Haud potis est quisquam Dominis servire duobus;

[*a*] Latinè, Verbum.

[*b*] Nobiscum Deus.

[*c*] Hic, qui. Ex Græco.

(57)

Quippe quòd oppositis iussibus ille subest :  
Negligat alterutrum , fuerit per cuncta necesse ;  
Diversi quoties iussa sequetur heri.

SUPER ILLUD EJUSDEM Matth. 6. 26.  
Quid prodest homini , &c.

TETRASTICHON.

Quid prodest , mundum si solus haberet ;  
Nec tibi vera salus inde futura foret.

VERA HUJUS LOCI TRANSLATIO . 1. cor. 2. 14. 15.  
Animalis homo non percipit ea , quæ sunt  
Spiritus Dei : stultitia enim est illi ; & non  
potest intelligere ; quia spiritualiter examinatur.

TETRASTICHON.

Non capit insipiens divini verba Magistri :  
Stultum quippe sibi cordis in aure sonant [a]  
Adde quòd & captum superant , nisi lucis amicā  
Desuper iufusæ discutiantur ope. (b).

GENUINA HUJUS LOCI VERSIO 1. Petr. 4. 12. 13.  
Charissimi , nolite peregrinarj in fervore , qui ad tentationem  
vobis fit , quasi novi aliquid vobis contingat ; sed communica-  
entes Christi passionibus , gaudete ; ut & in revelatione gloriae  
eius gaudeatis exuli antes.

Quisquis ades , frater , numquām mirearis (c) , ama-  
bo ,  
Quandò , probante Deo , rebus cruciatis acer-  
bis : [d]

[a] Ex Græco.

[b] Ex eod. Gr.

[c] Ex Græco.

[d] Ex eod. Gr.

^ Nō fuerit satius multis hīc sponte hearere ,  
Quām malapost mortem cuncta pervennerati.

Jam nihil haud visum toto contingit in orbe ;  
 [ Servus enim Domini , puro velut igne , probatur : ]

Immo dum Iesu sequeris vestigia , gaude ;  
 Illius & poenit animo sociare libenti :  
 Quatenus in seculo valeas gestire futuro ,  
 Mox ubi de Cœlis parebit gloria Christi.

## AD VIRGINEM DEIPARAM,

### SINE LABE CONCEPTAM. HEXASTICHON.

Quò tua ritè loquar , dignissima Virgo Maria ,  
 Mesatis appositum fac , rogo , sancti Parentis  
 Tu sinè labe , Dei Genitrix , concepta fuisti ;  
 Nil dubitans credo ; credita sponte cano ;  
 Tu penitus culpæ mansisti pura reatus ;  
 Tuisimul & Virgo , Mater & usquè manes .

### HYMNUS , Ave maris stella , Versibus impariter junctis translatus .

- 1 Alma Dei Genitrix , pelagi tu sidus , aveto Jugiter & Virgo , janua fausta poli .
- 2 Da precor , illud Ave sumens Gabriëlis ab ore Evæ mutato nomine , pace frui .
- 3 Vincula solve reis , perfundas lumine cæcos ;  
Sint mala nostra procul , Tu bona quæque roga .
- 4 Viscera Matris habens , humiles offerto precatus  
Pro nobis orto , qui tulit esse tuus .
- 5 O ! natas hominum præstans dulcedine Virgo  
Nostra , velim , facito criminè vita vacet .

6 Auspice Te , puram detur traducere vitam ;

Te Duce , per tutum progrediamur iter :

Fas ut ubi fuerit Jesum sine nube tueri ,

Lætitiae cordis vena perennè fluat.

Gloria sit Patri , Genito cum Flamine , compar ;

Nunc & in æternum sit tribus unus honor.

Amen.

## DE SEPTEM DOLORIBUS B. M. VIRGINIS.

### E L E G I A.

1 Salve , Virgo Parens , quæ transfigenda dolore  
Viscera scis animæ , dura monente Sene ( a ).

2 Salve , Virgo Parens , tumidi quæ Regis obiram ,  
Protinus e Patriæ finibus exul agis.

3 Salve , Virgo Parens , cujus quæsita diebus  
Progenies ternis , causa doloris erat.

4 Salve , Virgo Parens , cælum quæ cernis amorem ,  
Dum fuit in Jesum perfida turba virum.

5 Salve , Virgo Parens , cujus tum pectus anhelat ,  
Cùm pendens Natus , lumina claudit amans.

6 Salve , Virgo Parens , sacris quæ suscipis ulnis  
Extinctam Sobolem , flentibus ipsa madens.

7 Salve , Virgo Parens , tumulo quæ fida jacentem  
Rite Deum plangis , cujus amore flagras.

*In laudem sacrae Domus Lauretanæ.*

### H E X A S T I C H O N .

Hæc est alma Domus , cunctas memorata per oras ;

En ubi ( b ) concepit Virgo Maria Deum.

Huc fuit Angelicæ mirè translata cohorte ;

Hinc est eximio dignus honore locus.

( a ) Simeone , Luc 2.15. ( b ) Intrâ muros hujusce Domus .

densis occulta tenèbris;

XII

& factis digna cuique suis.

av.

Fas ibi cœlestis libare charismata vitæ ;  
Sæpius imò datur mira videre Dei.

*De verâ in Virginem Deiparam Devotione.*

T E T R A S T I C H O N .

Virginis & Matris fiet gaudere favore ,  
Si tibi mundiæ cura perennis erit.  
Hanc sibi Tutricem nullus præsumat habere ,  
Omnia qui Nati jussa tenere negat.

PROSA , Dies iræ Dies illa , &c.

- Versibus Elegiacis expressa.  
Imminet ecce dies divino plena furore,  
Arida quæ tellus, igne soluta fluet.  
Tum Crucis in cœlo stabit venerabilis Arbo  
Stabit in excelso conspicienda loco.  
Protinus annosi solvetur machina mundi :  
Iratum Numen carmina sacra canunt.  
Talia nos David , monuit nostalia paulus ;  
Talia nos passim Foedus utrumque monet.  
Quantus erit frenitus sapiens cum venerit ultor ;  
Qui rigidè plestat , nil prohibente , malos.  
Buccinæ terrificis frangens stridoribus auras ,  
Judicis æterni coget adire thronum :  
Surgite , defuncti , clanget tuba , surgite prompti ;  
Vos Sator extremum convocat ante forum.  
Mors fremet horrescens ; culpæ mens conscia  
planget ,  
Responsura Deo , carnis amicta lago.  
Omnia complectens , prodetur ab Axe volumen ;  
Indéque judicium fiet in omne nefas.  
Sederit ut Judex , abscondita quæque nrebam ;  
Tui libet , &c. pag. seq.  
Protinus ,  
Hic trahet in lucem , quæ nox celârat opaca ;  
Conferet in morti præmia , damna reo. Buccina ,

- Quodlibet ac proprium crimen habebit onus.
- 7 Dieere quid valeani cunctorum corda tuentur;  
Patronum quemnam posse favere putem?
- 8 Quis mihi tunc fuerit supera defensor ab ira;  
Cum sit ad insontem vix aditura quies?
- 9 Rex metuende nimis, tua qui benefacta coronas,  
Esto salus nobis, fons & origo boni.
- 10 Christe, mei causae Temeat venisse memento;  
Siveris haud illa nos periisse die.
- 11 Me, Deus, & studio quarendi lassus & æstu;  
Sedisti; vitae Crux Tibi meta fuit:  
Hinc stetit humanæ merces impensa saluti;  
Deprecor, ah! tantus non cadat iste labor.
- 12 Juste regum vindex, noxarum vincla resolve;  
Ultricem exarment vulnera sacra manum.  
Jure Tibi moti, placabilis esto furoris;  
Fac modò, dum velox hora salutis adest.
- 13 Me nimium sonorem sceleris conterret intrago;  
Hinc & continuo vox gemebunda sonat:  
Adde, quod ora rubent, digno suffusa pudore;  
Poscenti veniam parce, benigne Deus.
- 14 Quamlibet indignus rogito, Pater optime rerum,  
Ut non sulphureo jugiter igne cremer;
- 15 Mihi, procul à capris, placidum concede recessum  
Inter oves; lesto sim comes usque Gregi.
- 16 Fulmine cœulos, flammâ cruciantem, profanis,  
Sanctorum numerome sociare velis.
- 17 Obscero pronus humi, confixus corda dolore,  
Quin & contritus non secus atque cinis;  
Per, Tibi quæ bonitas, quælo, Salvator amande,

Finis ut ambigui sit Tibi cura mei.

18 Flebilis illa dies eheu! quâ quisque resurges,

Sons homo, judicium tunc subiture novum.

19 Parce, Deus, miseris; horrenda piacula dele,

Qui potis es cunctis solvere vincla reis.

20 Tu Pietas omnis, dulcissime Christe Redemptor,

Da vitâ functis posse quiete frui.

## Hymnus, *Te Deum*, Carmine translatus.

1 T E, Deus omnipotens, hominum rerumque  
Satorem

Concinimus; festumque juvat persolvere carmen,  
Qui Tibi sufficiens, terris dominaris & astris.

2 Tu Pater æternus, dignè celebratis in orbe:  
Te siquidem tellus summo dignatur honore;  
Nec piget hanc laudis meritum deferre trium-  
phum.

3 Corporis exortes animæ, gens incola Cœli,

4 Turba ministrantum, coetus qui jugiter astat  
Ora Deo propior, flammis absorptus amoris,  
Conjunctus Cherubim majori luce repletis;  
Cœlitum totus demum Grex pronus adorans,  
Has Tibi continuò fundunt è pectore voces:

5 Ter Sanctus Dominus sabaoth [ \* ] Deus, atque  
Monarcha;

Ut potè qui mundi solus moderaris habenas.

6 Hinc tua Majestas nusquam non fulget ab ævo;  
Ipsa tuo cœlos, terras & Numine complet.

(\*) Id est, exercituum.

- 7 Coetus Apostolicus , numero selectus ab omni;  
 Nobilis ille virum bis sex , clarusque Senatus ,
- 8 Desuper afflati casus aperire futuros ,
- 9 Martyres & rigidam Jesu pro Nomine mortem  
 Fortiter experti , dignis Te laudibus ornant.
- 10 Concelebrat , terrae totum diffusa per orbem ,
- 11 Concio Te Patrem , cuius regit omnia nutus ;  
 Sed neque vis praestans metu concluditur ullam.
- 12 Collaudatque tuum cunctis venerabile Verbum ,  
 Quod sine fine manet Proles æquæva Parenti ,  
 Unicus & Natus , qui tecum vivit , & Unum.
- 13 Concinit & Sanctum vestro de pectore Flatum ,  
 Cui Paraclitus inest nomen ; solatia praebens  
 Mentibus , atque suo nunquam non munere  
 fungens.
- 14 Tu decus omne manes , supero Rex christiani  
 tinete ;
- 15 Ipse coæternus Patri , licet alter ab illo .
- 16 Tu nimio quondam nostri succensus amore ,  
 Evasurus homo , vincitis Assessor ut esses ;  
 Nil renuens , castæ penetrasti Virginis alvum .
- 17 Tu , dæbellato crudelis acumine mortis ,  
 Omnibus Electis referasti regna polorum .
- 18 Tu Patris ad dextram resides , per secula com-  
 par ;
- Indeque seclorum , cunctis dominabere seclis ;
- 19 Tu rigidus scelerum venturus crederis esse ,  
 Tempore quæ ultor , medicum purganda per ignem  
 Atserit , & mundi moles onerosa petibit .
- 20 Ergo tuum famulos cœlestis protegat aura ,  
 Sanguine quos proprio , nigri de faucibus Orci  
 Traxisti miserans , ipsorum debita solvens .

- 21 Fac nos , summe Deus , tranquillâ pace potiri ;  
 Æternâque dein , cum Sanctis , sorte beari .
- 22 Optandam Populis digneris ferre salutem ;  
 Præsertimque tuo largus benedicere Clero [a] :
- 23 His Tibi complacetat rectos ostendere calles ;  
 Insuper & clemens per secula cuncta favere .
- 24 Lumina quot quot eunt , unâ benedicimus omnes ;  
 Uanimesque juvat meritas Tibi solvere grates .
- 25 Ecce tuum canimus clarum per secula Nomen ;  
 Juverit ac illud totum celebrare per ævum .
- 26 Deprecoꝝ , ô ! custos hominum , rerumque Reperitor ,  
 Nos cunctis hodiè culpis servato solutos .
- 27 Tu , Deus alme Parenſ , nostri miserere benignus ;  
 Neu geminata pio ſpernas de pectore vota .
- 28 Quandoquidem perftas nobis ſpes una ſalutis ,  
 Auspice Te fretis validam protendito dextram .
- 29 In Te , summe Pater , libuit confidere ſolo ;  
 Occupet haud unquam fidos confusio vultus .

(a) Latinè , hæreditati .

FINIS.

## ERRATA. L E G E.

Pag. 11 , N°. 26 ,	memoria meorum ,	memoriam eorum .
19 , N°. 35 ,	puisque ,	quisquis .
26 , N°. 10 ,	tecidit ,	recidit .
30 , N°. 59 ,	Artifiis ,	Arificiſ .

Permis d'imprimer , ce 3. Septembre 1770.

LARTIGUE , Juge-Mage.



@

Amsterdam 14.29 juillet 1771

Mon cher frere

Je reçois  
la lettre que j'ai eu l'honneur de votre part, m'engage à  
mettre la plume en main, pour vous apprendre l'état de  
ma santé, et pour que j'ai la satisfaction à mon tour de rapporter  
par quelques de vos lettres l'état dans lequel vous  
avez été depuis le 29 juillet, lorsque j'eus  
mon bras cassé, je vous demande excuse (pour la gêne  
que j'aurai causée à mon frere) d'être pour ce  
qui concerne ma santé, je vous ai fait  
une déclaration dans une autre occasion, rapporté par la  
valance de Dieu, j'espere que vous ne me refuserez  
pas d'accord, auquel cas je vous prie de bien vouloir

